

# Fabula non est mendacium

Unzuverlässiges Erzählen in der Epik Virgilius Gleissenbergers


Thomas Lederer (Salzburg)

09.07.2019




Abb. 1: Abt Virgilius Gleissenberger, Porträtdarstellung im Ossiacher Ätzbuch (Museum der Stadt Villach, C 827, S. 133); im Hintergrund die Wallfahrtskirche Maria Elend.

(Geschichtsverein für Kärnten: *Carinthia I*)



(Bayerische Staatsbibliothek)



(Österreichische Nationalbibliothek)

**(1) Medicina: Aus dem „Paroxismus Planetarum“ (p. 105)**

Prælia ne misce, lites & iurgia vita:

Quidquid olet Martem, fuge: nec peregrina vagare[.]

Per loca: Amicitiae nullam quoquè percute fœdus.

Nec turbam nimius pete: nec Venus improba mentem

Auferat, aut pictæ ripiat te forma puellæ.

**(2) Medicina: „Ferulae“ (pag. 88)**

Dilectam Veneri myrtum, quercumque Tonanti,

Laurentem jactant & tibi Phœbe comam.

Grata Deæ Pacis, Pacis narratur oliva;

Amphytrioniaden populus alta juvat.

Ebrius ac petulans vites amat atquè racemos,

Irati Bromius natus ad arma patris.

Quæ tibi proficiant, conducant, sintque saluti;

Sunt natibus ferulæ pigra juventa tuis.

**(3) Medicina: „Simia“ (pag. 98)**

Quid Dæmon aliud, nisi simia Numinis alti?

Quidquid agit; contrà scilicet ille facit.

Dextra sinistra, quadrata rotunda, suprema profunda,

Albâque nigra facit, rectâque curva facit.

**(4) Medicina: „Dedicatio“ (fol. 5r)**

Reverendissima verò Amplitudo vestra, infulis Pontificalibus coronari pridem dignissima,  
hodie amplissimis his præest Montibus, ceu Præses sacri Soractis Apollo, cui datum de ingenii  
existimare operibus.

**(5) Medicina: „Dedicatio“ (fol. 3r)**

... Parnassum, ubi nobilissimus tot Comitum, Baronumque flos, & Heroum sanguis in messem  
gloriæ, & spem Patriæ adolescit.

**(6) Medicina: „Peroratio“ (pag. 56)**

Poëta natus finibus Germaniæ,

In Urbe docta, Sal cui nomen dedit,

Pro more gentis læta scribentis suæ,

Et nil timentis (Teuto nam timet nihil,

Præter ruinam cœli & antiquum chaos)

Hæc pauca scripsit: Multa sunt, dum sint bona.

**(7) Medicina: „Rixa Wernbergica“ (pag. 124)**

Diespiter! fabula non est mendacium. Sub fabuloso conchili, pulchrâ velut matre, pulchrior latet  
filia, margarita orbe rarissima, amica veritas.“

**(8) Medicina: „Rixa Wernbergica“ (pag. 134)**

Finita hac concione Theologus in templum, Mathematicus subridens in editam turrim, Poëta cum  
stomacho in hortum concessit. Ego remotâ cortinâ progressus, folia sequentia ventis per aulam  
raptata levavi, quæ, quòd Gnomonicæ quædam præcepta complectantur, Mathematico aulam  
deserenti é manibus diffluxisse reor.

**(9) Boleslais: „Praefatio et argumentum“ (pag. 9–10)**

Lapis quoque sepulchralis insertus muro, cui equa phalerata cum sella nuda incisa, grandibus per limbum insculptis litteris: REX BOLESLAUS POLONIÆ OCCISOR S. STANISLAI EPISCOPI CRACOVIENSIS: Imminet sepulchro facti totius memoria antiquo penicillo ducta, hodiè instaurata. Facti testes, quorum complures in chronico nostro adducuntur, recensere supervacaneum censeo: loquitur pro piissimo Rege lapis sepulchralis, testis utique solidus, & omnium gravissimus.



(wikimedia commons)

**(10) Boleslais: „Author“ (pag. 12)**

Intimandum Lectori Amico, Abbatis nomen, sub quo Boleslaus II. Ossiaci vixit, temporum injuriâ periisse: Undè alias Wernerus nomine, ætate quidem inferior, utpote qui A. C. 1300. obijt, divinis tamen prodigijs clarissimus, atque adeo clara etiam posterorum memoria dignus subrogandus fuit. De quo Lectorem non eruditum, sed Poëticæ Libertatis fortè minus peritum commonendum censui.

**(11) Boleslais: „Liber III“ (pag. 54–55)**

Plurima jam posito meretrix effræna pudore  
Ambulat, & vulgò quovis mercabilis ære est.  
Hæc ubi percipiunt castris, veniamque migrandi  
Nec quicquam exorant, cur non Rex maxime tentent  
Ad Patrios remeare Lares, læsumque tueri  
Conjugij, factæ post otia pacis, honorem?  
Quin etiam insontes umbrosæ carcere noctis  
Mergeret te Matres, thalamisque avertere nuptas,  
Christinamque viro.

**(12) Boleslais: „Liber III“ (pag. 66)**

Dixit, & antiquo declinat lumina somno.  
Nec mora: cum functo Præsul pia verba precatur  
Hausit humus tumbam, vestigia nulla videntur  
Vulneris in tellure, suâ stat mole sepulchrum.  
...  
Turba metu expavit manifesto territa cœli  
Prodgio, & Lechicas rumor circumvolat urbes  
Voce Stanslai [sic] Petrum remeâsse sepultum.

**(13) Boleslais: „Liber III“ (pag. 31–32)**

Semi-Deūm sanguis, flos Martie, gloria Regni,  
Lecta corona ducum: bellorum fulmine mundum  
Quæ, si fata velint, sit & hæc sententia cœlo,  
Concutiat terrasque omnes sbi subdat, & æquor!  
Nil antiqua moror, Lechici confinia Regni  
Didita quām fuerint, quo Marte Borysthenis unda  
Perdomita infixas duro tres ære columnas  
Littore sustentet, Proavi quas dextera nostri  
Imposuit, memoresque suæ nos esse minores  
Virtutis voluit: scelerata in prælia Russos  
Surgentes temerè magnâ dum strage cecidit.

**(14) Boleslais: „Liber IV“ (pag. 101)**

Neque nunc est hora canendi  
Nostra<,> Storax[,] inquit, frigescere fercula possent.  
Tum rursum ad veteres gnavus convertitur artes:  
Ob suffarc in amicti!  
Non procul à portâ suspensus prominet asser,  
Quo noctu audaces nequeunt ascendere mures:  
Quærите, siccatus fumo de carne suilla  
Westphalicus peraso, & farcimina longa quiescunt.

**(15) Boleslais: „Liber IV“ (pag. 106)**

Fessa Boleslaus dederat quoque lumina somno:  
Ecce soporato nigræ ad connubia noctis  
Sacra Stanislai thalamo corām adstitit umbra:  
Nubila frons, & læta parūm: non aurea velat  
Mitra caput, laevam lituus neque gemmeus implet;  
Sed ferrum crudele manu premit, impia collo  
Vulnera quod dederat, cædis monumenta infandæ.

**(16) Boleslais: „Liber IV“ (pag. 107–108)**

Dixit, & in vacuas cum somno vanuit auras.  
Incipit, interea obscurum lucescere cœlum,  
Atque in cœruleum præceps ruere Oceanum nox:  
Membra Boleslaus thalamo levat, hæret imago  
Præsulis, & vultum, & gestus, & verba loquentis  
Percipit: ex speculis veluti simulacra resultant,  
Ac voce veluti impactæ responsat imago  
Rupe cava, & functi ex scopulo redit umbra sonoris:  
Talis adest Praesul, laterique hærere loquique  
Verbaque, quæ prompsit, verbis firmare videtur . . . .

